



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES  
EX TIT. FF. C.  
INSTIT. DE BONORVM  
POSSESSIONIBVS DE-

S V M P T A E.

QVAS DIVINA FAVENTE GRATIA,  
SVB PRAESIDIO CLARISS. ET CONSVLTISS. VI-  
rorum, D. Iohannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Iohannis Hollandt Marcodurani, SS. LL. Licent. Dictato-  
ris & Fisci, in florentissimo, celeberrimæ Agrippinen-  
sis Academiae Collegio, pro veteri recepto-  
que more, & laudabili consuetudine  
publicè tueri conabitur.

DANIEL BVVINCKHAVSEN  
A VVALLMERAIDT.

*Anno Domini MD. LXXXII.  
XVII. Septemb.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

R

# CONTINUATIO

*[Faint, mostly illegible text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.]*

*[Large block of faint, illegible text in the middle section of the page.]*

*[Faint, illegible text at the bottom of the page.]*



## CONTINUATIO.

**S**UPERIORIBVS Disputationibus cum satis luculenter traditum sit, quemadmodum ex ultimis voluntatibus Iure civili succedatur, consequens est demonstrare, quibus modis praetor tam ex testamento quā ab intestato successiones deferat, Quae quidem generali nomine appellantur BONORVM POSSESSIONES; sicuti, quae Iuris civilis sunt, hereditates.

V Vef. in par. h. t. gl. in rubr. ff. h. t. l. i. ff. de possess. hered. petit.

### THESIS I.

**E**ST autem BONORVM POSSESSIO jus persequendi retinendiq; patrimonij sine rei, quae cuiusque cum moritur fuit.

l. 3. §. bonorum & ibi V Vef. in par. h. t. Alciat. parad. lib. 4. c. 1. Duar. cap. 2. h. t. Azo in summ. C. qui adm. ad bon. poss. poss. nu. 1. Sich. in rubr. C. d. t. nu. 20. Gcedd. in l. nihil aliud 24. nu. 14. ff. de V. S.

#### II.

Quamuis vero bonorum possessiones variè diuidantur, (a) nos tamen illam modo prosequemur, per quam aliae dicuntur ordinariae, aliae extraordinariae. (b)

(a) scilicet ut sint aliae cum re, aliae sine re, V Vef. in par. ff. h. t. nu. 9. qui allegat Cujac. in Inst. quib. mod. test. infirm. & 4. obs. 24. Duar. de iure accresc. cap. 20. aliae edictales, aliae decretales, l. 1. §. etsi, ff. si tab. test. nul. ext. l. 1. §. decretalis, ff. de success. edic. l. 3. §. à municipibus, ff. h. t. l. 2. §. dies, ff. quis ord. in bon. poss. seru. Sich. in rubr. C. qui adm. ad bon. poss. n. 24. Myns. in rubr. Inst. h. t. Cujac. ibid. ad fin. (b) l. filium §. si quis, ff. de leg. praest. l. 3. §. si de Carb. edict. Azo in summ. C. qui adm. nu. 3. Schn. in §. sunt autem nu. 3. Inst. h. t. V Vef. in par. ff. h. t. nu. 9. Hotom. in §. cumque antea fuerat enunc. 6. Inst. h. t.

#### III.

Ordinariae bonor. possess. dicuntur, quae sunt fundatae in certa & expressa parte Edicti praetoris (a) ac licet olim plurimae earum species numerarentur, (b) eae tamen ad sex vsq; redactae sunt: ut sint duae quidem ex testamento, ut contra tabulas & secundum tabulas; quatuor vero ab intestato, ut, unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & vxor. (c)

(a) Azo & V Vef. d. loc. Schn. d. loc. nu. 4. (b) §. sunt autem Inst. h. t. (c) §. sed eas quidem, cum seq. Inst. h. t. l. sed cum patrono 6. §. 1. ff. h. t.

#### IIII.

Contra tabulas bonor. possess. conceditur liberis emancipatis praeteritis, (a) quos olim neque heredes instituire, neque exheredare necesse erat. (b) Hac quamuis principaliter in eorum gratiam adiuuent a fuerit, defertur tamen etiam liberis in potestate existentibus, si praeteriti fuerint. (c) Exhereditatis autem minimè competit. (d)

(a) l. 1. §. & sui l. non tantum 3. l. cum emancipatus 13. de bon. poss. cont. tab. §. eadē 12. Inst. de hered. quae ab intest. defer. §. emancipatos. l. de exher. lib. Hotom. §. sunt autem enunc.

enunc. i. Inst. h. t. nisi tamen aut legatum acceperint, aut alias agnouerint iudiciū defun-  
cti, d. l. 3. §. fin. h. si post mortem 10. §. illud non ad dam. ff. de bon. poss. con. tab. (b) d. §. emā-  
cipatos, de hered. que ab intest. defer. & ibi Dd. (c) d. §. eadem, & ibi Mynf. n. 3. & 4. Mynf.  
& Schn. in §. sunt autem l. h. t. Azo in sum. C. de bon. poss. con. tab. nu. 1. (d) l. i. in pr. l. nō  
putauit 8. l. si post mortem 10. §. ex heredat. ff. de bon. poss. con. tab. l. fin. ff. de lib. & posth.  
her. Instit. V Vef. in par. ff. h. t. Hotom. d. loc.

#### V.

*Vnde sequitur, si quis ex liberis heres scriptus sit, ad hanc eum vocari non debere, (a)  
nisi alius committat edictum, tunc enim si nondū adiit, (b) & ipse ad contra tabulas bon.  
possess. admittitur. (c)*

(a) cum enim possit secundum tabulas habere, quo bonum est ei contra tabulas dari, l.  
3. §. si quis ex liberis, ff. de bon. poss. con. tab. (b) quia iudicium patris secutus est, l. si duos  
bus 14. & ibi Cujac. ad Afric. tract. 4. ff. d. t. (c) d. §. si quis ex liberis, vers. plane, etiam alte-  
ro nondum petente, l. si post mortem 10. §. fin. ff. de bon. poss. con. tab. Alciat. 4. parad. 11.  
& sic interdum factō alterius consequimur, quod ex nostra persona non haberemus.

#### VI.

*Datur hæc bonor. possess. siue quis heres extiterit, siue non: Et hoc est, quod dicitur, con-  
tra ipsum testamentum uel lignum liberis competere bonorum possessionem.*

l. illud 4. l. quod vulgo 19 l. filium 20. in pr. vers. quod si hi. & §. fin. ff. de bon. poss. con.  
tab. Duar. 2. disput. 30. Cujac. tract. ad Afric. 4. in l. si duobus 14. d. t. Hotom in §. sunt au-  
tem, enunc. i. Inst. h. t.

#### VII.

*Et licet per hanc bonor. possess. totum testamentum euertatur, (a) certis tamen perso-  
nis (si emancipatus eam petierit, secus si suus) (b) legata & fideicommissa deberi indu-  
bitati juris est. (c) Hodie tamen omnibus indistinctè legata debentur. (d)*

(a) l. i. de leg. præst. & ibi V Vef. in par. l. ita tamen 27. §. quotiens, ff. ad 3C. Trebell. (b) l.  
is qui 15. ff. de leg. præst. Cujac. in parat. ff. cod. & in l. in suis 11. ff. de lib. & posthu. hered.  
Instit. Ias. in l. quamvis nu. 10. C. de inoff. test. (c) tot. tit. ff. de leg. præst. l. i. C. de bon. poss.  
con. tab. V Vef. in par. ff. de leg. præst. (d) auth. ex causa. C. de liber. præter. & ibi Ias. nu. 8.  
Azo in sum. C. de con. tab. in fin. V Vef. d. loc. Gail 2. obs. 113. cont. Cujac. in par. ff. de lega.  
præst.

#### VIII.

*Secundum tabulas bonorum possessio omnibus iure scriptis (nuncupatis enim utilem so-  
lum dari Dd. volūt) (a) heredibus datur. (b) Hæc potissimum adjuuandi juris civilis gra-  
tia à pratore introducta, (c) licet heredi cuius nomen in testamento etiam inconsulto ita  
deletum est, ut legi non possit, minimè detur. (d)*

(a) tot. tit. ff. & C. de bon. poss. secun. tab. & ibi V Vef. in parat. Azo in sum. C. de secun.  
tab. (b) tex. & ibi Ias. nu. 2. in l. 2. C. d. t. Cujac. in par. ibid. Schne. in §. sunt autem num. 7.  
Mynf. ibid. nu. 5. l. h. t. (c) §. 1. vers. aliquando Inst. h. t. Schn. & Mynf. dd. locis. (d) l. unic. &  
ibi V Vef. in par. ff. si tab. test. extab. l. i. §. sed si legi ff. de his quæ in test. delent.

#### IX.

*Nullis vero tabulis testamenti contra aut secundum quas deferatur successio, existen-  
tibus, res ad causam intestati redit, (a) primo itaque prator, iuxta naturalem successionis  
ordinem*

ordinem proximis successoribus bonor. possess. unde liberi concedit, (b) ad quam & emancipati, siue soli sint, siue cum suis heredibus concurrant, vocantur, (c) verum differentia suorum & emancipatorum iure nouissimo sublata, (d) non adeo necessariam hanc esse iudico. (e)

(a) §. 1. l. de hered. quæ ab intest. defer. l. 1. in pr. ff. de suis & legit. hered. l. 1. §. ita autem l. 3. ff. si tab. test. nul. ext. & ibi V. Ves. in par. nu. 2. (b) §. 1. l. de legit. agnat. success. l. 2. ff. de suis & legit. hered. d. l. 1. si tab. test. nul. ext. Azo in sum. C. und. lib. l. 1. ff. quis ordo in bon. poss. feru. (c) §. emancipati, l. de hæred. quæ ab intest. def. & ibi Myns. nu. 1 d. l. 1. ff. quis ord. in bon. poss. fer. l. meminimus 15. §. cum igitur, C. de legit. hered. l. fin. C. de suis & legit. lib. (d) Auth. in successione, C. de suis & legit. hæred. Auth. cessante, C. de legit. hæred. Schn. §. fin. l. h. t. nu. 10. (e) Schn. in d. §. fin. nu. 12. Azo in sum. C. und. legit. nu. 6.

#### X.

Post suos eosque, qui suorum numero habentur, secundo ordine ab intestato vocantur legitimi, id est, agnati, & qui lege Senatûsve Consulto ad successionem vocantur. (a) His deficientibus, tertio loco cognatis, qui lege 12. tab. excludebantur (b) bonor. possess. unde cognati pollicetur. (c) Cum autem differentia agnationis & cognationis in successione prorsus abolita sit, (d) & has hodie cessare existimo.

(a) l. §. C. de legit. hered. l. 1. ff. si tab. test. nul. ext. §. 1. l. de legit. agnat. success. Ias. ad rubr. C. und. legit. tot. tit. ff. & C. und. legit. Hotom. §. sunt autem enunc. 3. l. h. t. ((b) l. 1. ff. und. cogn. §. ceterum l. de success. cognat. (c) tot. tit. ff. & C. und. cogn. Schn. in §. sunt autem, l. h. t. nu. 11. (d) §. nullam. Auth. de hered. ab intest. venient. Auth. post fratres, C. de legit. hered. l. maximum vitium, §. sancimus, C. de lib. præter. Azo in sum. d. t. nu. 6. Schn. in §. fin. nu. 13. l. h. t. Gail 2. obs. 150. nu. 2.

#### XI.

Ceterum deficientibus liberis, agnatis & cognatis, prator maritum & uxorem, qui in iusto matrimonio vitam traduxerunt, sibi inuicem in solidum ad successionem vocat. (a) An autem existentibus liberis à successione penitus sint remouendi, queritur? ac eos, dummodo pars superstes inopia laboret, defuncto opimas facultates relinquente, una cum liberis admitti, & existentibus tribus vel paucioribus, quarta, pluribus, virili hereditatis portione potiri, concludo. (b)

(a) §. sunt autem, & §. sed eas. vers. aliam vero, l. h. t. l. uni. ff. & C. und. vir & vxor. Schn. l. de hered. quæ ab intest. defer. in tract. de success. vir. & vxor. nu. 10. (b) §. quoniam vero auth. de exhib. & introd. reis. §. quia vero legem dudum posuimus. auth. ut liceat mat. & auia. ita tamen, ut eiusdem matrimonij liberis proprietatem seruet si extiterint. his vero non extantibus, potietur etiam dominio: & legatum imputabitur in talem portionem. auth. præterea. C. und. vir & vxor.

#### XII.

Huic consequens est, ut & beneficio huius edicti sponsus & sponsa, nondum etiam nuptijs per copulam carnalem completis, nec sponsa ad domum traducta, si tantummodo per verba de presenti sponsalia fuerint contracta, admittantur sibique inuicem in solidum, consanguineis non existentibus, excluso fisco succedant.

Schn. l. de hered. quæ ab intest. def. in tract. de success. viri & vxor. n. 13. fac. l. denique 6. cum seq. ff. de rit. nupt. Gail 2. obs. 80. Myns. 6. obs. 79. Bald. in l. Deo nobis, C. de episc. & cler.

cler. & in l. unic. C. vnd. vir & vx. & ibi Salic. Est enim inter eos matrimonium contractū, cum nuptias non concubitus, sed consensus faciat, l. nuptias, ff. de reg. iur. l. cum fuerit, ff. de condit. & demonstr. Dec. conf. 577.

### XIII.

*Extraordinaria bonorum possessiones quae dicantur, videre restat, quae ideo non dicuntur extraordinariae quod plerumque possessionem & non dominium tribuant, sed quia vage, neque in aliqua parte edicti praetoris stabilitae, aliquando ex testamento, aliquando ab intestato competant. (a) Quarum prima plenum jus tribuens VT ex legibus dicitur, quae praetor accommodauit ijs, qui ex legibus, SC. Constitutionibusq; principum ex nouo iure uel ex testamento, uel ab intestato veniunt. (b)*

(a) Schn. & Dd. in §. septima. Inst. h. t. Azo in sum. C. qui admit. ad bon. poss. pos. nu. 4. (b) d. §. septima, & ibi Schn. nu. 3. & seqq. Mynf. nu. 1. l. unic. ff. ut ex legib. Ias. in l. certum nu. 7. C. und. legit.

### XIV.

*Quibus annumeratur Carboniana bonor. possess. quae filio impuberi quando ei status & hereditatis quaestio mouetur, defertur. (a) Item & illa quae uxori ueneris nomine, (b) & filio emancipato litis ordinandae gratia conceditur. (c) Quarum prima possessionem, (d) secunda detentionem, (e) tertia uero harum neutrum tribuit, sed solum licentiam & facultatem intentandi querelam aduersus testamentum inofficiosum. (f)*

(a) tot. tit. ff. & C. de Carb. edict. Schn. in §. septima, num. 6. Inst. h. t. (b) unde tit. ff. de vent. in possess. mittend. (c) l. 6. §. fin. l. quemadmodum 7. l. 8. in pr. ff. de inoff. test. Ias. in l. certum nu. 7. C. und. legit. Schn. in d. §. septima nu. 11. (d) l. 3. §. missum, l. haec bonorum 15. ff. de Carb. edict. (e) l. 3. §. fin. ff. de acquir. uel amitt. poss. & ibi Zas. n. 5. (f) Ias. d. loc. Alciat. 8. parerg. 24. Schn. d. loc. nu. 11. Mynf. ibid. nu. 1.

### XV.

*Ad agnoscendam bonor. possess. admitti quis potest non solum suo, sed etiam alieno nomine, (a) ut pater pro infante, (b) tutor pro pupillo, (c) curator pro furioso & minore (d) denique seruus & mulier, si praetor de eorum conditione certus sit: nam & absenti & non petenti dari bonor. possess. potest, si hoc ipsum praetor non ignoret. (e)*

(a) l. 3. §. acquirere ff. h. t. (b) l. seruus 7. §. impubes, ff. h. t. l. si infanti 18. C. de iur. delib. (c) d. §. impubes, & l. tutor 8. ff. h. t. d. l. si infanti, §. parente, l. bonorum 7. C. qui adm. Cuias. 14. obs. 8. (d) l. 1. ff. de bon. poss. fur. inf. (e) d. l. seruus 7. h. t.

### XVI.

*Filium familias quoque ignorante patre sibi, (a) & procuratorem sine speciali mandato domino, (b) delatam bonorum possess. agnoscere posse existimo, dummodo tamen utrorumque ratihabitio subsequatur. (c)*

(a) l. 1. ubi Bart. nu. 2. 3. & 4. Azo in sum. nu. 9. Ias. in d. l. 1. nu. 8. C. qui adm. ad bon. poss. poss. (b) l. 3. §. acquirere, & ibi gl. in verb. per alium ff. h. t. l. Pantonius, 85. ff. de acquir. haer. red. (c) l. qui in aliena 6. §. 1. de acquir. haer. d. l. pen. ff. rem rat. habe. & ibi Cuias. tract. ad Afric. 5. secus in hereditate, ubi iussus praecedere debet, l. si quis mihi bona 25. §. iussum, l. antistius 62. §. si seruus, ff. de acquir. haer. d.

### XVII.

*An autem tutor solus quemadmodum nomine pupilli agnoscere, sic etiam repudiare possit*



possit bonor. possess. queritur. & quidem solum agnoscere, non autem repudiare posse decisum inuenio.

l. tutor & h. t. l. i. §. tutor. ff. de success. edict. fac. l. pactum 22. C. de pact.

### XVIII.

Huic non inconuenienter subnectitur, Nunquid pupillus tutore non auctore sibi possit bon. possess. petere? & posse, dummodo Iudex competens ei decernat eam, concludo.

l. bonorum 7. C. qui adm. ad bon. poss. pos. l. si infanti 18. in fin. C. de iur. delib.

### XIX.

Forma petenda bonor. possess. antiquitus obseruata, cum abolita & oblitterata sit, hodie ex Constantini Imperatoris Constitutione, neque aditione pratoris, neque aliqua solemnitate verborum opus est, sed sufficit, qualicunque testatione apud quemlibet magistratum siue Iudicem eam intra tempora recentioribus legibus statuta, agnoscere.

l. ult. C. qui adm. Duar. h. t. cap. 5. Schn. in pr. l. h. t. nu. 7. & in §. fin. nu. 4. secus tamen in Carboniana, & ea quæ vxori ventris nomine competit, in ijs enim decretum pratoris necessarium est, l. i. §. si ea 14. ff. de vent. in poss. mitt. l. 3. §. causæ cognitio, ff. de Carb. edict. l. 3. §. fin. ff. ne vis fiat ei qui in poss. mis. est. Bald. Salic & Dd. in d. l. fin. C. qui admitt. Schn. d. §. fin. nu. 6. l. h. t. Hot. §. fin. l. h. t.

### XX.

Quæ tempora à Pratore sic moderata sunt, ut liberis & parentibus anni, ceteris vero agnatis & cognatis, qui ex transuerso proximitatis iure succedunt, spatium centum dierum (a) utilium (b) præfinierit. Quod tamen tempus scienti, & non ignorantia currit, (c) nisi sit ignorantia iuris, (d) unde neque infanti, neque furioso, quamuis tutoris ignauiæ elapsus fuerit, cedit. (e)

(a) §. cum igitur l. h. t. l. i. §. largius, ff. de success. edict. l. si bonorum 2. C. qui adm. ad bon. poss. pos. (b) §. in petenda l. h. t. l. 2. ff. quis ord. in bon. poss. ser. (c) d. l. 2. l. quandiu. §. l. quicumque 8. C. qui adm. l. si plures 9. ff. h. t. l. i. ff. de iur. & fact. ignor. (d) l. in bonorum 10. ff. h. t. l. iuris 6. C. qui adm. l. i. §. sed si sciat, l. iuris 7. ff. & l. fin. C. de iur. & fact. ignor. (e) l. i. ff. de bon. poss. fur. infan. l. 3. ff. quis ord. in bon. poss. ser.

### XXI.

Quæ autem de scientia dicta sunt, usque adeo procedunt, ut, etiamsi quis iure civili à petitione hereditatis per continuum temporis lapsus, scilicet præscriptione 30. annorum exclusus esset, & postea sibi delatam esse successionem, adhuc cognosceret, is nihilominus iure pratorio bonorum possessionem agnoscere possit.

Ias. in rubr. C. qui admitt. ad bon. possess. pos. & in l. si bonorum 2. nu. 3. C. d. t. Bald. in rubr. ibid. nu. 14. & in l. licet, C. de iure delib. nu. 5. in fin. Schn. §. fin. num. 18. l. h. t. Duar. h. t. cap. 6.

### XXII.

Sed utrum in possessoria hereditatis petitione, Reo negante, actor probare teneatur, se intra debitum tempus agnouisse bonor. possess. dubitatur: in qua quæstione, licet plerique affirmatiuam defendere conentur, (a) ego tamen negatiuam veriore esse existimo. (b)

(a) Sich. ad Rub. C. qui admitt. ad bon. poss. pos. Cagn. ibid. n. 58 (b) Ias. in d. rub. nu. 6. & 7. Menoch. 4. præsump. 104.

Admissa

### XXIII.

*Admissa bonorum possessio omnia commoda & incommoda hereditaria, itemq; dominium rerum, quæ in bonis defuncti reperiuntur, tribuit. In omnibus enim vice heredum bonorum possessores habentur.*

l. 1. 2. 3. ff. h. t. l. hæres 37. ff. de acquir. hæred. l. hæreditatis 138. ff. de verb. sign. l. prætor 117. ff. de reg. iur. §. quos autem, l. h. t.

### XXIV.

*Ceterum omissa petitione bonor. possess. si plures sint, quibus competat, portiones omissentium reliquis in eodem gradu constitutis jure accrescendi accedunt.*

l. 3. §. fin. cum seqq. h. t. l. 1. C. quan. non peten. par. pet. accres. & ibi Duar. l. 1. §. si quis ex nepotibus ff. de conjung. cum emanc. lib. §. fin. l. h. t. l. si duobus 12. ff. de bon. possess. cont. tab.

### XXV.

*Nunquid autem agnoscens bonor. possess. coram iudice necesse habeat exprimere ex quo capite agnoscat, an vero sufficiat simpliciter eam agnoscere? queritur. & sufficere simpliciter eam agnoscere verius existimo.*

Ias. in l. quamdiu nu. 8. C. qui admitt. Sich. ad rubr. eod. tit. nu. 29. & seqq. Bart. in l. 1. ff. quor. bonor.

## PAREGA.

### I.

*Filiam licet dotatam, successioni paterna renunciare non posse, (a) nisi cum iuramento, (b) quo tamen casu si enormiter lesa fuerit, habebit restitutionem in integrum. (c)*

(a) l. pactum dotali, C. de collat. l. ult. ff. de suis & legit. hæred. Schn. Inst. de legit. agna. success. n. 9. Zas. in l. stipulatio 61. n. 28. cum seqq. ff. de verb. oblig. (b) c. quamuis de pact. in 6. Zas. d. loc. (c) Gail 2. obs. 147. Castr. conf. 174. vol. 1. Dec. conf. 180. per tot. & conf. 181. nu. 1. & 2. Zas. in §. rursus, nu. 40. Inst. de action. Zas. d. l. 61. nu. 38. vers. quinto fallit, nam ex enormissima lesione dolus præsumitur, l. omnes §. Lucius, ff. quæ in fraud. credit. l. si superstiti, §. si. C. de dol. mal. Zas. conf. 18. vol. 1.

### II.

*Iuri offerendi 30. annis præscribi exercitij gratia defendam.*

l. in bello 12. §. si quis seruum, ff. de capt. & postlim. reuer. l. cum notissimi 7. §. eodem iure, C. de præscr. 30. uel 40. annor. arg. l. pen. in fi. ff. quib. ad libert. procla. nõ lic. Schurf. conf. 70. cent. 1. Ias. in l. petens, nu. 10. C. de pact. & in l. si mater, nu. 5. C. de Instit. & subtit. quia cum sit jus, sequitur, quod ei præscribi possit, sicut, & l. omnes, C. de præscr. 30. uel 40. annor. cont. Gail 2. obs. 18. Myns. cent. 1. obs. 16.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus S. Teutonicarum





B.I.G.

Farbkarte #13

THESES  
EX TIT. FF. C.  
INSTIT. DE BONORVM  
POSSESSIONIBVS DE-  
S V M P T A E.

VAS DIVINA FAVENTE GRATIA,  
B PRAESIDIO CLARISS. ET CONSULTISS. VI-  
rum, D. Iohannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Iohannis  
Hollandt Marcodurani, SS. LL. Licent. Dictato-  
ris & Filci, in florentissimo, celeberrimæ Agrippinen-  
sis Academiae Collegio, pro veteri recepto-  
que more, & laudabili consuetudine  
publicè tueri conabitur.

DANIEL BVVINCKHAVSEN  
A VVALLMERAIDT.

Anno Domini MD. LXXXII.  
XVII. Septemb.



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

74

